



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§.8. Ambulabat Iesus. Hæc saluatoris expectatio velut misericordiæ suæ probatio, nostram confundit stultitiam & impudentiam: cum ex illa inhæreamus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53104](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53104)

tis, peccio traditis solius voluntatis illarumque desiderij. Tentorium suum in mundo erigit quotiens accedant illas comparaturi. Ad illas omnes inuitat præcone Usara; *Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, proferate, emite, & comedite. Emite absque ulla commutatione.* Eandem ob causam stans in templo vociferatur & exclamat: *Si quis sitis veniat ad me & bibat.* Dilatata taberna sedet, hominum præstolatus aduentum. Sic illum nobis representat D. Ioan. In casu quem retulimus de puteo Samaritanæ *Sedebat sic supra fontem.* Porro neminem cernit diuites has conquirentem merces: quid agit? Surgit flagrans desiderio, & nunc hac nunc illac contendit illas esse ens acquirendas: *Ambulabat in templo in porticu Salomonis.* Hæc est vicia in auge qua D. Ioan. Christi personam offert expositam, & nobis opportunam nimirum, expectantem, quod si vero talis non fuisset, quid de nobis miseris foret? si Deus non patienter nos sustineret, nec longanimis nos expectaret: ut expectat: sed nobiscum ageret. sicut cum Angelis: etenim ad primum eorum peccatum & offensam æterna eundem damnatione multauit: quis saluaretur? Quid actum fuisset de Dauid, de D. Petro, de D. Paulo, de D. Magdalena de D. Mattheo aliisque sanctis innumeris? Hæc est, ita hæc est illa misericordia, qua nobis est propitius: *Expectat vos &c. Propterea scilicet suspendit, ut sit vobis propitius.*

Hanc Domini patientiam & longanimitatem sponsa diuina meditatur, ut quid in eo omnino singulare. Membratum illum describit à capite vsque ad pedes quos esse dicit columnas marmoreas: *Crura illius columnas marmoreas, que fundata sunt super bases aureas.* Pedes quibus celsus ille sponsus stat immobilis, interprete Ruperto Abb. longanimitatem eius designant patientiam magnamque misericordiam, qua sceleratos quosque expectat peccatores: iuncturas non habent, quibus incuruentur, nec carni sunt, qui fatigentur, sed columnæ sunt marmoreæ constantes, securæ: *Fundata super bases aureas.* Considera, quid in hoc prototypo, & hoc in templo sit solidius istis columnis fundatis super bases suas, q. d. ne timueris fatigandâ hanc esse patientiam, aut iustitiam, qua te vitæ tuæ decursu constans expectat ad penitentiam. Quinimo ea de causa (ait Rupert.) diuino consilio Christus in cruce positus sibi noluit frangi crura, quod vtiq. ad tantum spectat mysterium, ut morante ipso Euang. illud Deus in agno præstituerit Patebali obseruandum. Fracta sunt crura

duobus latronibus Christo lateralibus: etenim hominum patientia languescit & temporis diuturnitate deficit: verum Christi Domini nostri patientia immobilis est quantumcumque numerus accrescat criminum quamdiu peccator in hoc mundo viuit. Habes hic, inquit D. Ambr. quid Dominus agat nobiscum, nimirum expectat nos continuo, ut cum lacrymis accedamus, atque ex corde nostrorum petamus criminum indulgentiam, ut fecit Magdalena, quo nobis plenariam liberaliter impertiat eorum absolutionem, sicut & illi: ut accedamus visum obsecratis nostris oculis postulantes, ut illum nobis concedat, sicut illi, qui supplex ex corde eundem ab eo requisit: *Expectat Dominus leuis gemitus nostros, sed temporales, ut gemitat perpetuos. Expectat lacrymas nostras, ut profundat pietatem suam.*

§ 8. *Ambulabat Iesus. Hæc saluatoris expectatio velut misericordia sua probatio, nostram confundit stultitiam & impudentiam: cum ex illa peccatis inhæreamus.*

EX prædictis D. Ambr fatuam nostram colligit amentiam & audacem impudentiam qua ex hac misericordia, qua Christus nos expectat, & de eius patientia qua nos præstolatur libertatem elicimus ut nostris inhæreamus sceleribus, imo etiam nouis illum peccatis irrite mus. Si dicamus concubinario, quod iam a tot annis extra diuinam vixerit gratiam, & quomodo flocci facia tã diu hoc in peccato immorari um sciat infernum esse penaq. sempiternas, responder, se pariter scire, Deum esse misericordem & illum ad penitentiam patienter expectare, quocirca quoruscumque voluerit ad eum se convertere, brachijs illum excipiet vniq. patientissimis. Si petulanti dixeris, ad omnem impudentiã, furum, & proditiõnem audaci qua audeat temeritate, quo corde tãtis Deum prouocare sceleribus, quem nouit vitæ suæ spectatorem, iustum iudicem, & brachio præpositum, quo vitam illi præscindat æternisq. præcipiet damnatum cruciatibus? Respondet, non distitor, verum & fateor, tantam Deo esse patientiam, ut me ne vno quidem die aut altero sed omnibus vitæ meæ elemes sit expectaturus; sic etiam nobis asseruerunt Prop. *Expectat vos Dominus Deus vester &c. In quacumque hora ingemuerit peccator &c.* Unde sic eum representat Euang. sedentem, expectantem. *Sedebat sic &c. Ambulantem quasi expectantem. Ambulabat*

D. Ambr. Lib. 1. de Gen. c. 4 Tom. 1. Lib. 2. de Gen. c. 9. De Dei misericordia præmens peccat homo. 19. B b b b i

2fa. 5. 1. loa. 7. 37.

Car. 5. 1. In cap. 5. Can. 5. Lib. 5. de diuinis offic. c. 14. X. Crura Christi marmorea, & in cruce fracta eius designant longanimitatem patientiam.

II. Stultissimi sunt qui hoc similitudo.

Ambulabat in porticu. An aliquid esse potest hoc stultus: An appetitur dari posset alicuius fatuitas, quam eius qui recepto in capite vulnere, ex quo non modica profuit copia sanguinis, mortem traheret, nec citius ad Chyrurgum concurreret: qui non solum quod quocumque aduenerit, illum recipiet, & suo vulnere medebitur: An amentia posset esse grauior, quam si quis luculentus conuagiosus procrastinaret, nec ad Apothecarium domiprotheraca mitteret, dicendo, noui semper hoc pharmacopolium hoc apertum, quocumque conuagiosus parare mihi uolero medicinam? O stultum te: & si quando uelles recurrere ad Chyrurgum iam tibi esset uita commutata? Et si quando festinare uelles ad tabernam iam tibi peris omnem corruptisset sanguinem, iudicium mentemque suam uisisset?

Lib. 1. de Cain & Abel. c. 9. III. Pharaonis stultitia notatur remedii procrastinatio.

Expendit D. Ambrosius, inspidam plane & cerebro vacuam perfidiam Pharaonis amentiam Castigat illum Deus incredulitate flagellis, quibus illius reprimetur peruerbia populumque Dei dimittit: et libere ex Aegypto discedere, in qua detinebat illum captiuum: primo muscas & ciabrones mittit adeo execrandos ac molestos, ut nec Aegyptiis nec ipsi Regi locum darent quiete: tamque uenenosos ut mordendo occiderent uel ad rabiem usque cruciarent. Non submittit se Pharaon pernix: precipit Moysi Deus, ut funem stricibus comprimat, & laqueum arcibus coarctat & uirtute atque uirga suae potentia producat de lacu & fluminibus ranas. Tantas produxit ut plateas, foras, domos, & cubacula implerent, ad mensas usque in quibus comedebant, & lectos in quibus dormiebant, ita coarctantes ut ipsis auditum offenderent, ita fordiditas & execrandas ut maximam causarent nauisam Aegyptiis. Conuocat Rex Pharaon diuinos suos: & aruspices, & inantatores, usque iussit ut huic malo prospicerent. Ipsi uero, qui suis debuerant illa amouere praestigis, & tollere incantationibus, similitur plurimas eduxerunt ranas, quae hoc aere illas quas Moyses produxerat, ad matas illis uenerunt tormenti dolorisque incrementum: erat autem hic euentus, quod licet illos potuerint prodicere: non solum tamen non potuerunt abigere ranas a Moysse productas, sed nec illas quidem, quas ipsi produxerant, quo tormentum creuit intolerabile: etenim se Pharaon luxit omnis remedii expectem, cum nec quietere, nec illi dormire posset: ubique enim illum ranae circumdabant, & si strato decumberet, ipsas iociter & cetualia penetrabant: si uellem inuaderet, plicae & colli tegmina inuadebant: si

mensae accumberet inappis infidebant & sancti infilligebant. Itaque deuictus Rex Pharaon, Moyses & Aaron appellat, atque illis uirtutes est hoc pondus, arma proiecit: rogat Deum uelut, ut ranas illas tollat a me tam illas, quas uos eduxistis, quam illas quas incantatores mei produxerunt: iuro per Dominum: populum de terra mea libere abire permittam. Cur sic Moyses: & mihi hoc ardet: tempus mihi constituit, quo Deum tuo nomine deprecet: quocumque enim tempore uolueris, hoc te beneficio dignabitur: Constitue mihi, quando deprecet pro te, & pro se uis tuo, & pro populo tuo, & abigantur ranae a te, & a domo tua, & a iuueni tuo, & a populo tuo. Cui Pharaon: erant uerba Moyses: Luxit uerbum tuum faciam.

Adit D. Ambrosius, & ait: an similem uisisti stultitiam & insuliam magis insipientiam? Etenim poena quam patitur intolerabilis est, & oblatio illi remedio quacumque uoluerit tota, dicat tamen & differat in crastinum: Cuius uisum mortalium stultissime, an prudentius non dixisset: nuuc hoc instanti? etenim tantae calamitati remedium, quantumlibet festinum, tardum est. Per magna est haec stultitia. Quod cum dicat illi Moyses, Deum qualibet hora paratum esse: quae recurrat ad illum, uelut tam intolerabili uoluerit calamitati, & tormentum perferre non perferendum, suum procrastinando remedium. Prae grandis fuit haec amentia, nec tua multo inferior: cui conscientia torloquacibus scetertanis, coarctantibus & nauisabundis, quanta tua sunt peccata mortifera, & quae tam crudeliter vexant tormento, quanto postmodum exarabimus: quia uero te Deus expectat, tibi que ait: quocumque ex corde ad me confugeris, praesto tibi succurram, tantarum differis remedium miserarum, damnique & parationem, & ais: Cuius est. Vox est haec cornu reprobatum atque de arca eliminari. Tuam perpende Christiane facultatem: etenim ex eo, quo diligentiam educere debuisses, & ilico ad tuum festinare remedium, procrastinationem elicias, & in dolendo hoc statum tuo peruectam.

Pariter ex illo nostra confunditur impudentia, sic D. Ambrosius: quia maior dari non potest. Primo: quia quantum est ex parte tua, Deum affligis & in angustias compellis, nostro loquendi modo: imo eo etiam modo, quo ipse seipsum in S. Litteris nobis obicit. Poena nulla dari potest acerbior illa, quam sustinet is qui anhelus expectat. Teipsum considera quantum angustiaris, dum iter instituens iam illi accipiscus socium expectas,

Lib de Cain etc

Exod. 8. 8.

20

IV. Maior est adhuc nostra Licit.

V. *Similitudines.* expectas, qui se comitem reddat via, multumque nimis tardat: quoties illi nuntium mittis? Quoties attentus aspicias, an hac vel illic accedat, quoties viges illum & instas quoties? Deinde si febris exaltus vel graui morbo decumbas, & lingua arida nimis haereat palato siti exaescens, quando praescriptum habes a Medico vt ad horam quantum haultum possis sumere cum iusto faccari, quam diuturne tibi hora illa videri tur? Quoties illas numeras? Quoties de illis inquiris Bethulienles corona militari cinchi audiunt a Principibus suis vt nullatenus se trahant hostibus, etenim Deum affirmant illis subsidia missurum. Ad illa suspirant, expectant, & iam ad extrema deduci praeparant, nec quidem illis videbatur tempus hoc esse modicum expectationis. Oportet Saul Deum consulere mediante sacrificio, quod illi Propheta Samuel designarat, qui & illi respondit, Dei beneplacitum fore, vt ad hoc septiduo expectet. Vno alteroue die praestolatur: porro tardet eum tam diu expectare: nam ante tempus praesentium, illud compleret, cumque Propheta se commotum ostenderet, diceretq, Deum grauius in hoc offensum, quod ad plures dies non expectasset: respondit illi Saul: nihil hoc te moueat Propheta: etenim mihi in longam moras trahere videbaris, nec mihi tanta fuerunt vires patientiae. Hinc causa patebit, cur se Deus ostendat amicum & rediolum (nostro loquendo modo, nam nostros in se non paritur affectus) quia continua illum suspendis expectatione. Audivo longanimitas te expectat, & illum vno die altero, audivo vno altero, imo pluribus protrahis, facisq, expectare. Sic se per Prophetam Isaiam demonstrat fatigatum: *Laboravi sustinens*. Et per Prophetam Ieremiam, sic animam alloquitur: *Tu reliquisti me, dicit Dominus, retro sum abisti*. Et laboravi & gans D. Hier. O qua dulcia sunt haec verba, quae interprete D. Hier. significat: *Quod lassus sit semper prouocando eos ad salutem* O anima, quae dorsum mihi vertisti quaeque tuis seruauisti praua desideris, perpende quanta me fatigatione, quam longa & continua assiliteris iogaris, vt red res, & ad me conuertereis. Quam apposite conueniunt illi Vatis verba Ieremias: *ignis exstinguitur, clausus quo in ossibus meis* & desit, se re non sustinens. Metaphoram sumit ab eo, qui bile nimis excauit, cui calor ossa penetravit, & iam suspirans calicem postulat aqua, quem diuersis suspendunt rationibus, quanta torquetur hic anxietate? Quam grauius con-

queritur, quod tam tarde propinent illi, quam tantopere desiderat, aquam? Quam moleste conquisit? Talis nobis offertur Deus animae tuae amoris igne inardescens quam expectat, quam desiderat, quae praestolatur? Quoties intrinsece corde pulsas, pulsasq, fortius? Quas voces audis eius, qui tu flagrat desiderio? Tu vero, quas non moras trahis? Quam diu illum non suspendis expectantem? O quanta serui impudentia, quem Rex praestolatur, vt aqua calicem adferat siti deficienti: ille vero se cum aliis iustis occuparet? cui si dicerent: attende, Rex tuum praestolatur aduentum, ille responderet: expectet, reexpectet.

Tu videris an idem cum Deo non facias. Et hinc secunda colligit D. Ambr. impudentia: non sicut rationem: etenim hoc ipsum, quod nos debet commouere, vt ad Deum reuereamur, in motuum summus, quo diuitius eius inhaereamus offensis, illas, reiecto omni timore, perperamus. Etenim dic mihi quis tibi tantam tribuit audaciam, vt tam multiplex Deum seclere prouocares? An non perpendis quodcumq, mortale peccatum, quantum est ex natura sua, sic Deo repugnare, ac si elato brachio illi velles alapam impingere? Idcirco de peccatore amicus ille Iob eloquitur: *Tentasti aduersus Deum montem suum*. Imo sic dicendum, quasi silicem in eum iaceres adeo fortem, quo si illum non proferas, ratio est, quod in se nimis sit praesumptus, eo modo quo quis thoracem habet aeneum glandi imperuimus, quo si illum is non occidat, qui in eum glandem explodit, causa est, quod arma gerat obharama. Quomodo igitur tantam aggreris prodicionem? Domine, redui Deum esse bonum, quod me expectet, & reuertentem eum misericordia benigne suscipiet.

An ergo diuina erga te bonitas esse debet occasio tibi, vt Deo malus sis & infidelis. An quia te expectat, hoc animum tibi dat illum diutius in expectando detinendi? *Remedium peccati* (loquitur D. Ambr. D. Ambr. *Est incentiuum peccati*. Et hoc ipse tibi, quod alteri, potest exprobrare: *An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum*; Meo quidem iudicio, ait D. Ambr. rerum pervertis imprudenter ordinem: etenim vulnus instigis pro medicina: quid pro quo si? An vulnus pro medicina: an medicina pro vulnere? Quis cui ordinatur, an Chyrgurgus plagae, vel plaga Chyrgurgus? virum dicentem audires: Domine mi, Chyrgurgum habemus, qui in hanc appulit civitatem, vt omnia cures omnium vulnera, etiam pestis: idcirco mihi grauem & mortalem instigam percussuram, vt illam iple cures & medeatur. O caput cerebri

VI. Saul deficit expectandi constantia. Reg. 12.

VII. Dei in nos expectandi constantia. Hier. 15.

VIII. Similitudo.

Lib. 2. de pante. 9.

IX.

Dei bonitas sumitur in actum peccandi.

Iob. 15. 25.

Matt. 20.

An oculus tuus

¶ b b b ¶

vacuum: non enim percussura ad medicinam, nec ad Chyrurgum ordinatur, sed medicina & Chyrurgus sananda sunt percussura. Talem te accuo: nosti etenim Dei misericordiam & patientiam, medicinam esse plagi omnibus tuis curandis efficacissima usque, Chyrurgum vulneribus tuis sanandis expertissimum. Accurre festinus quo tua sanentur vulnera, nec alia tibi indigas, nec accrescant vetera, quibus affigeris titulo & fiducia Chyrurgi adeo experti, & efficacis adeo medicinæ: *Vulneri medicamentum necessarium est, non vitium medicamento: quia propter vitium medicamentum queritur, non propter medicamentum vitium desideratur:* ait D. Ambr.

D. Ambr. *Lib. 1 de Cain & Abel 16. 9.* O quæ bene fundata erat illa contra nos probata Dei querimonia apud Davidem, in qua contra nostrum grauiter expostulat agendi modum, quo bellum illi mille sceleribus noxiisque inferimus atrocissimum: *Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea &c.* *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitates suas.*

Præclara continent hæc verba mysteria, eaque declarant apertius quæ habentur in originali Hebræo quæ diuersimode transferunt interpretes, qui communiter illa sic legunt, vt ait D. Hie. *Supra dorsum meum arauerunt peccatores, prolongauerunt sulcos suos.* Contra nostram inuerecundam expostulat impudentiam, aitque supra dorsum meum suas peccatores machinas, fabricas & ædificia crexerunt, illi innixi suas prolongauerunt iniquitates. Humeros meos aratro peccauerunt, & sulcos per eos produxerunt largiores Humeri Saluatoris nostri patientiam eius designant & misericordiam super quos peccata nostra imposuerunt: illi etenim humeri peccata nostra in se susceperant, vt diximus dum de adultera ageremus.

Exo. 33. 18. Age Deus valde familiariter cum Moyse: hinc XII. ille factus audacior Deo supplicat: *Ostende mihi humeros faciem tuam.* Cui Deus: hoc nequaquam quod ausuos ostendemus: quod tibi terga veram, & dicit nobis Deus. *ra mea videbitis:* quod enim opus est peccatori, qui propriis viribus non sufficit suorum pondus sustinere peccatorum, pro illis satisfaciendo, humeri sunt Dei, qui illa tollat & pro eis omnibus plene satisfaciatur. Hoc autem ita contigit. transeunte ceterum Domino, Moyses posteriora eius cernens exclamat: *Domine Deus, misericors & clemens pateris & multa miserationis.* Ex hebræo legimus: *Longanimus cernis hic humeros Dei, eius misericordiam, bonitatem, patientiam, longanimitatem: id est Longus narius.* Super illos suas

extollunt peccatores machinas, suasque extendunt iniquitates. Quid tibi anam præber, huic vacandi concubynatur, & illum de anno in annum protrahend: etenim jam pluribus illi infortiuit nisi fore te, Deum esse misericordem tuique gratia passum esse, nec non misericordem esse, quodque tibi parcat quoriscumque facti peccatores ad illum recurreris, cui vitæ tuæ libertas inmittitur, proximum circumueniens tuis vacans libidibus, inordinatis suis seruens voluptatibus: nisi in eo, quod Deum intelligas expectantem, benignum, & misericordem, nec non brachus te præstolantem apertissimis, An dari potest temeritas impudentior, *Supra dorsum meum arauerunt prolongauerunt sulcos suos.*

Quod si Christo in nocte passionis suæ manibus detento satellitum, dum super eum seuera nimis flagella multiplicant, quasi super dorsum eius ararent (etenim de illo præfata verba nonnulli interpretantur SS. Patres) tu ipse accederes diceresque: quandoquidem tanta patient longanimitate super humeros suos excipiat flagella eadem multiplicare, eumque ac, ocus excipite. Bone Iesu: & quis hoc de homine suspicetur Christiano? Si crudelissimis illum ministris coronantibus spinis accederes diceresque: spinas illas infigite profundius, premitte crudelius: quandoquidem taceat, patiat, & minime conqueratur. Oblitescite coelestis: quis vnquam tam horrendam de te malitiam imaginetur: hic igitur considera idem te saltem aliquo modo dum peccas, agere. An ignoras peccatum esse flagrum & scuticam qua Christum, quantum est in te, flagellas atrocis: An te fugit spinam esse, quam quantum est in te, eius in hinc capiti durissimam. Nec hoc multum est, me tibi dicere, quod Saluatorem, & credas, & spinis coronas: quandoquidem dicat Apostolus quod illum de tuo tuis crucifigas occidatque sceleribus. Iterum crucifigentes in vitis & concupiscentis suis. Hoc concessit, dum peccas flagris illum credis tantaque super eum multiplicas flagella, quanta committis crimina: tot illum spinis coronas in capite, quot tuæ sunt culpæ peccatorum. Quis credat, quod ex eo, quod hæc tanta perferat patientia & longanimitate: *Ergo tacens, & quasi non videns*; velis vt flagra illa ingeminentur, sulci que prolongentur & infigantur spinæ profundius? Attendite peccatores, quid agatis, & cum horrendam Iudeorum damnetis iniquitatem, in eo quod Christo intulerunt, vos ipsos reatus eiusdem esse confortes: quia tantam eius in perferendis vestris criminibus attenditis patientiam, & in vos expectantem

XIII. *Explicatur ad hominem*

isa. 67. 11

Et ande

Etando longanimitatem : *Ambulabat Iesus &c.*

§. 9. *Huius Saluatoris nostri figura, qua in porticu ambulat optime conuenit illa Thecuitis sententia: Retrahat cogitans &c.*

22 **O** Prime quadrant hæc verba imagini, quam nobis proponit D. Ioan. Chryl. *Ambulabat in templo in porticu Salomonis.* Sed verius mihi videtur, cum video Saluatorem, sicat illum nobis proponit, ambulantem suspensum, attonitum, instat viri per cubiculum ambulantis animo suspensi & cogitabundi illi ad amissum conuenire, quod mulier quædam ex vrbē Thecua oriunda prolocuta dicitur, quam David vsque p̄sentissimam proclamauit, cuiusque Spiritus S. maximam celebrat prudentiam: *Non vult Deus perire animam, sed retrahat cogitans, ne penitus pereat, qui abiectus est.* Animo proposuerat David de medio tollere filium Absalonem ob fratricidium Amnon eiusdem Davidis filii: conata est mulier hæc Davidem eo adducere, vt à proposito desisteret: quocirca sapientissima proposuit illi argumenta, atque inter alia hoc objicit. *Domine mi Rex oro supplex vt tuis in actionibus Deum studeas imitari, quo fiet, vt à vero, rectoque non aberres: Recordetur Rex Domini De sui. Quid agit Deus? Non vult perire animam, sed retrahat cogitans &c.* Sumit metaphoram ab eo, quod Patri cont. ngit clementissimo, qui filii sui uolans insolentias, quo:que per dies singulos viles & infames patret actiones, hæret anxius & diuertis suspensur cogitationibus: quid huic nebuloni faciam? Prudenter actum esset si nequam illum actibus meis expellerem, ne mihi occurat amplius: omne decedat hinc faulto: non enim de meis vel panem facultatibus hereditabat. Facta hæc propositione, in se reuersus ait, *H. u quid ago: filius meus est: iuuenis est, & imprudens: si perferam illum, fieri potest vt meliora sapiat, & in virum euadat præclariorem quem si profugum eiecero, fieri potest, vt æternum pereat in non leue nominis mei detrimentum? Illa cogitatione primam reuocat conclusionem: & quasi defectus eius ponderans, propositione: concludit illi contrarias, & seipsum attendens, quod Pater sit, atque proinde in beneficium filii patienter oportet vt eum sustineat, hanc retrahat & mutat in suauitatem.*

II. *Similino do.*

Hoc modo se nobis proponit Deus, conclu-

siones statuens contra filios suos immorigeros, peccatores intelligo: etenim eorum attendens crimina, videtur illis intentare velle supplicium, eosque damnare perpetuo; verumtamen suam naturam expendens, Patris scilicet & quod tandem, licet hic sit peccator, tamen filius suus sit, ex concessa illi natura, quem futurum creauit regnorum suorum heredem: reuertitur, & illam retrahat sententiam, qua filium punire decreuerat, sumitque aliam filio benigniorem: non quod in illo quædam arguatur imperfectio earum, quæ reperiuntur in Patre mutante sententiam, gnorantia scilicet & defectus potestatis: sed quo declaret nostro modo paterna sua viscera, misericordia turgentia: si namque nostra cogunt illum peccata sumere sententiam, qua nos perdat: sua cum & bonitas mouet & excitat misericordia, qua piores abroget (nostro loquendi modo) nobis perniciosam, aliamque sumat nobis summopere proficiam.

Nou hunc mihi conceptum arrogo, sed grauioribus Ecclesiæ adscribo doctoribus D. Amb. a D. Chrysothom. b & D. Hieronym. c qui illum hauserunt ex quibusdam eiusdem Dei, ea refert e vato Osee. Deus inquit SS. PP. certum est, quod in se nullas patitur passiones, nec variis mutetur resolutionibus, nec illi viscera moueantur: hoc etenim nobis proprie conuenit: sed aliquoties vsuam nobis testetur misericordiam, & amorem exponat, se nostris oculis subicit, illis quasi moueretur. Talem se quondam ostendit Prophetæ Osee: etenim videbatur circa caeli cardines obambulare cogitabundus, mentes suspensus, sibi que loquens, & quasi vir, cui quidquam magni momenti contigit qui suspensus animo obambulat, nec sumit resolutionem, nunc caput agit, nunc manibus ludat. In finitibus populum suum Deus cumulauerat donis & misericordiis, quem nomine compellat Ephraim & Israel, sed in recambium respondit illi populus, terga vertens illi, simulacris adolens incensum, mille suum sceleribus offendens benefactorem. Intuetur illum Prophetæ, vt ipse ait, obambulantem, cogitabundum sibi que colloquentem, imo eo modo, vt illum Prophetæ potuerit intelligere: *Quomodo dabo te Ephraim, protegam te Israel: Quomodo dabo te sicut Alama, penam te vt Sebaim: conuersum est in me cor meum: pariter conuertata est punitudo mea. Non faciam furorem ira mea, non conuertar vt disperdam Ephraim: quoniam Deus ego, & non homo. Ecce quam hæreat animo, quam se ostendat cogitabundum, & mutantem sententias. Heu: Ephraim*

a Lib. 1. de pen. c. 4.
b Ho. 5. do pan. & in proemio super Isai. c Ep. 46. ad Rusticum. III. Sic testatur per Oseam.

Osee. 11. d.